



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum XXXIII. Cùm non sit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

fuis decimis fraudarentur Ecclesia, cavere voluit hoc præcepto Pontifex.

SUMMARIUM.

1. *Domini fundorum illis colonis suis decimabiles fundos elocare debent, qui fideliter sunt decimas soluturi.*
2. *Qui vendit fundum, decimabilem quidem, cujus tamen decimas non persolvit, utrum ad decimas præteritis nondum persolutas obligetur, & conveniri possit, an verò obligetur ad eas, qui emittit?*

**N**otandum. Putare Abbatem populos hos, Christianorum quidem nomine, gavilos fuisse, fuisse tamen hæreticos, aut schismaticos, qui, quamvis præcepto dandarum decimarum obligarentur, ut ex *cap. ex transmissa 23. h. 1.* patet, ex peculiari tamen ritu nullas solverint decimas, cum tamé fundi illi, qui excolendi illis locabantur, Ecclesia ad decimas essent obligati, ita ut compelli potuerit dominus fundi, fundos tales illis colonis elocare, qui fideliter, & utiliter eos colerent absque præjudicio Ecclesie.

Utrum autem in casu, quo prædium tale, ex quo nullæ decimæ datæ fuerunt, venditum fuit, solvendæ decimæ, nondum persolutæ, ab antiquo fundi domino, vel ab emptore peti poterint, & solvi debuerint, dubitatur.

Cui dubio valde probabiliter respondet *Snarez de Relig. l. 1. cap. 38. n. 9.* novum fundi possessorem, vel emptorem, obligari quidem ad decimas solvendas futuri temporis, non autem ad decimas præteriti temporis, nondum persolutas, de quibus Ecclesia convenire poterit antiquum fundi dominum, si suæ ille obligationi, in solutione decimarum, non responderit; cum enim fundus non absolute, & perse obligatus sit Ecclesie, sed respectivè tantum respectu fructuum scilicet, quos decimabiles profert, consequenter dominus modernus fundi, de præteritis fructibus, quos fundus nunquam adhuc tulerat, & Ecclesia non

perceperat, nullam habebit obligationem; habet tamen de futuris, & qui dominus frugiferi fundi antea fuit, ac illius fructus percepit, obligationem habebit de præteritis fructibus. Neque dicas, de jure Civili novum possessorem ad vestigalia & tributa, quæ prior dominus ratione fundi hujus nondum persolverat, obligari, *L. Impera. 7. ff. de public.* ergo etiam obligabitur novus possessor ad decimas præteriti temporis, nondum persolutas, solvendas; præsertim cum decimæ tributa dicantur egentium animarum *C. Tua 26. hoc tit.* Nego enim cum *Glossa in relatum cap. tua. V. Tributa*, quòd decimæ propriè dici possint Tributa, prout videre est ex differentijs pluribus, quæ in relata Glossa afferuntur. Videatur *Theol. Mor. sr. 6. c. 2. n. 5.*

CAPITULUM XXXIII.

Cùm non sit.

PARAPHRASIS.

In eodem Concilio statuit Pontifex idem, ex prædialibus decimis non esse prius tributa, & census deducendos, quam solvantur decimæ; cum enim fructuum omnem commodum divinæ benignitati, quæ incrementa dedit ad scribendum sit, & Dominus Deus, in recognitionem generalis sui dominij, decimas sibi reservaverit, merito, quæ sibi solvenda reservavit, ante omnem dominij particularis, & humani recognitionem præstari debent. Vide de hujus Cap. materia, quæ de integrè solvendis decimis *in sap. cum homines. 7. sap. non est 22. cap. tua nobis 76. hoc tit.* & quæ fusiùs habet *Snarez de Religione. l. 1. cap. 35.*

CAPITULUM XXXIV.

Nuper.

PARAPHRASIS.

Concessum fuit privilegium Cisterciensibus

Bbb 3 bus